



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de**

**Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Quinta. Eadem verba: Exurgens Maria: iterum illustrantur; pariterque illa alia: Abijt in montana cum festinatione: in quorum expositionem permulta ad componendos mores traduntur, vt ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

et visorem, qui visitatur, condecensibus prosequi debemus honoribus. Cui sit honor, & gloria in saeculorum Amen.

## HOMILIA V.

*Eadem verba: Exurgens Maria, iterum illustrantur; pariterque illa alia: Abiit in montana cum festinatione: in quorum expositionem permulta ad componendos mores traduntur, ut de consulendo bono proximis, de non differendo exercitio bonorum operum, de difficultatibus inobseruantiae diuinae legis superandis; ac tandem de consortio virorum, praecipue Virginitatis fugiendo.*

Mar. 2.

Psal. 131.



**V**ERBA haec D. Lucę: Exurgens Maria abiit in montana: attentius consideranti, Dauidica illa occurrerat: Surge Domine in requiem tuam, & arca sanctificationis tuae: sacerdotes tui inuocantur iustitiam, & sancti tui exultent. Peripicuum satis est, Regium prophetam secundum literalem sensum sermonem facere hoc in loco de mutatione Arę in templum Domini, ac sanctitate, & reuerenti cultu, quo illam sacerdotes suscepturi erant; tamen cum mutatio illa Arę figura extiterit, & imago, mutationem Virginis in domum Zachariae egregie adumbrans, merito in sensu mystico praesenti Marianae visitationis argumento adaptamus. Postulat ergo Dauid in spiritu à Domino, ut exurgat, hoc est, ut iter accipiat ad fruendum requie suae: requies autem Christi benefactore est, & peccatorum purgationi vacante; unde perinde fuit, ac si diceret: surge Domine, in vtero Virginis, & perge ad

benefaciendum Ioanni, Zachariae, & Elisabeth; haec enim est requies tua, pauperes caelestibus donis locupletare. Quia tamen prauidet Dauid, Christum tunc veri virginis Arca clausum pedibus suis progredi non posse, ideo dicit: Tu, & 112  
Arca sanctificationis tuae: hoc est, mater tua, ut sic in ea, in saeculo, ad domum Zachariae ducaris; vel certe id dicit, quia spiritus propheticus pronouerat Deum post incarnationem suam aemini caelestis charismata, nisi mediante Virgine, collaturum, & ideo petit, ut exurgeret etiam mystica Arca Maria, ut re vera exiret, Luca dicente: Exurgens Maria abiit in montana, mediaque eius saluatione Ioannes, & parentes eius magnifice diuinae gratiae munera susceperunt. hinc recte D. Bernardus term. 3. in vigilia Natiuitatis Domini dicit: Quia indignus eras, cui donaretur Deus, data est Maria, ut per illum acciperes, quicquid haberes. & ibidem subiunxit vniuersalem legem his verbis illam promulgans: Nihil vos Deus habere voluit, quod per manus Mariae non transiret subiungit deinde: Sacerdotes tui inuocantur iustitiam, & sancti tui exultent: ut fructum visitationis Mariae, Christum secum ferentis, indicaret, nimirum, quod sacerdos Zacharias, & sacerdos illa Elitabet, ac filius eorum Ioannes iustitia Dei, ac mira sanctitate repleti orant, ac summa laetitia exultabundi, deo ut & infans in vtero hilaresceret, Euangelista dicente: Exultauit infans in gaudia.

Verum ad eadem verba redibo Exurgens Maria: quidam arbitrantur surrexisse ab oratione ad actionem, hoc est, ab exercitiis vitae contemplatiuae ad vacandam operibus vitae: Ego autem existimo, tantum fuisse perfectionis. Virginitatem, totumque diuinis auxiliis suffultam, ut in ea contemplatio actionem non excluderet, nec rursus actio contemplationem impediret, sed simul Marthae, & Mariae officia eminentissimè exerceret. de illa quidem Maria sedens dicitur, quod vacabat Domino: Sedebat secus pedes Domini: Maria vero Discipula

Deipara exurgens, & stans inferuiebat Domino, Euangelista dicente: *Exurgens Maria abiit in montana*: in quo certè illud discrimen reperio, quod *exurgere*, & *stare* perfectionem, *sedere* imperfectionem; illud corporis robur, illud imbecillitatem, & infirmitatem denotat; quia ergo Maria Magdalena, quantumuis contemplationi vacaret, imperfectionibus tamen non carebat, quia *in multis offendimus omnes*: beata autem Virgo omnis imperfectionis experta erat, idcirco Magdalena *sedens*, Maria autem *exurgens* à Luca describitur. Erat etiam (quod præfenti instituto magis inferuit) aliud discrimen inter Magdalenam, & Deiparam, quod illa, ut contemplationi vacaret, oportuit Martham sororem suam deserere, ut ipsa cōquereretur; *reliquit me solum, dicit ergo illi ut me adiuuet*, Deipara, verò simul contemplationi, & actioni vacabat: quæ admodum enim beatissimi Angeli incessanter exurgentes ad Dei contemplationem, veniunt ad nos, ut ministerio suo ad hereditatem salutis æternæ obtinendâ nos adiuuent: Raphael enim Tobie dixit: *Ego sum Raphael, vnus de septem, qui adstant ante Dominum*: & tamen abiit cum filio eius in ciuitatem Medorum, & sanum, ac locupletem reduxit, plurimæque alia ei exhibuit obsequia, nihil vniquam de diuinæ contemplationis suauitate dependens: per similitudinem beata Virgo, vera Dei genitrix, tantò melior Angelis omnibus effecta, quantò differentius præ illis Matris nomen accepit, ita abiit in montana, vitæque æstiuæ ministeriis vacauit, ut de altissimæ contemplationis Dei perfectione nihil profus amitteret. Verum tam n est, quod licet pro humana fragilitate nemo nostrum id præstare possit, quia ait sapiens: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animum*, & terrena inhabitatio depressimifensum multa cogitantem: oportet nihilominus, ad tempus viros etiam perfectos, Mariæ suauitate, & quiete omiffa, Marthæ sollicitudine ob proximorum salute grauari: ut enim dicit D. August. *omn*

*sanctam quærit charitas veritatis, negotium D. Aug. h. m. iustum suscipit necessitas e charitatis: nec illi de Civ. 2. 19.* putare debent: ob id eorum charitatis feruorem quidquam minuendû, immò augendum, ac tenacius firmandum, ut docuit Salomon: *Non te pigeat visitare infirmum, ex hoc enim in charitate firmaberis.*

Imitantes ergo B. Virginem, piû, quæso, animum erga proximos nostra ope indigentes, ut decet veros christicolos, ostendamus; maxime cum & pietatem etiã inter barbaras nationes non absque magna nostra confusione viguisse legamus. Narrat caim D. Aug. necnon & Lilius, quod Marcus Marcellus, qui Syracusas, D. Aug. lib. 1. urbem ornatissimam cœpit, fertur eam prius fletuisse iuiturâ, & ante eius sanguinem suas illi lacrymas effudisse: prius etiam, quàm oppidum victor iussisset inuadi, constituit editto, ne quis corpus liberû violaret. Euerfa est tamen ciuitas rebellium, nec vspia legitur ab imperatore tam casto atque clementi fuisse preceptum, ut qui id violasset, & ad illud, vel illud replum fugisset, abiret illæsus. Si ergo Barbari homines, ita inuicem compatiabantur, cur non magis pia Virgo comparetur dolori cognatæ suæ Elisabeth, in tã confecta ætate grauidæ, partuq; vicinæ? cur & nos non cōpaticmur benignè proximis nostris, pressatis, & tribulationibus confectis, præceptum Pauli imitantes:  *flere cum fletibus, gaudere cum gaudentibus.* ad Rom. 12.

Subiunxit deinde sacer Euangelista: *abiit*, ecce non dicit abituram Virginem de futuro, sed quod abiit de præfenti, ut inde discas non differre in crastinum diē poenitentiam, aliqui æris restitutionem, iniuriarum remissionem, pauperum subventionem ac similia charitatis opera, quæ hodie de præfenti exercere potes: sic enim illud Sapientis consilium implebis: *Quodcumque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos, quò in properas.* Et quidem si solam naturalem rationem consulamus, ipsa vtiq; nos docet, opus bonum non esse differendum, ac lo: 19

ne forte casu aliquo superueniente ( vt frequenter accidit) impediatur, iuxta illud Lucani:

Luc. lib. 1.

Tolle moras: semper nocuit differre paratam.

Cato in suis docum.

unde Cato in suis documentis dixit: Rem, tibi quam navis apram, dimittere noli,

Ne rursus queras, qua iam neglexeris ante.

Horat. in suis epist.

similiter, & Horatius prudenter dixit: Tu quancumque Deus tibi fortunaauerit horam,

Grata sume manu, dubiam nec differ in horam.

Prosop. l. Epig.

Prosper item lib. Epigrammatum hæc præclara cecinit.

Quid iuuat in longum causæ producere morbis

Cur dubium expectas cras? hodierna salus.

Martialis deinde amentiam vocauit bonorum operum dilationem sic enim ait, Viuendi rectè fatuus procrastinat horam.

Quid. de re. apud. Amo.

ac tandem Ouidius carmina illa, quæ in ore omnium versantur, scripsit:

Sed propera, nec te venturas differ in horas,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Vidi ego, quod primo fuerat sanabile vulnus, Dilatum lentæ damna tulisse moræ.

Addit præterea Evangelista: In montana: potiori quidem iure, quam David poterat nunc B. Virgo intonare illud Psalmi: Perfecit pedes meos tanquam ceruorum,

Psal. 17.

& super excelsa statuens me: statuit enim eam supra montana, quæ sublimia valde, & excelsa erant. D. August. in comment. horum verborum dixit: Deus perfecit amorem meum ad transcendenda spinosa, & umbrosa implicamenta huius sæculi, & super caelestem habitationem fixit sedem meam. Hæc quàm aptè Maria sibi usurpasse posset, nemo est, qui non videat, cum nec longi itineris difficultas, nec tenella eius complexio, nec montium asperitas illam à pia cognata visitatione, aliisque charitatis operibus, quæ Spiritu sancto affluente si-

B. Aug. ibid.

bi exercenda præconceperat, quidquam retardare potuerunt; vt olim Loth. retardarunt dicentem: Non possum ascendere in Gen. 19.

montem, ne foris apprehendat me malum: quin potius, tanquam omnia potens in eo, qui illam confortabat, montium cacumina conscendit, & praua in directa, & aspera in vias planas sibi fecit. Proh dolor, quàm Virgini dissimiles innumeros inuenies, in vincendis difficultatibus pusillanimes ad eò. vt omnia virtutis opera, velut immanissimos leones exhorrescant, illud in ore versantes: Leo est foris in medio platearum: occidendus sum. Nul-

lum virtutis genus esse sibi videtur, quod leoninam ferocitatem non præferat: ieiunia quidem finxit grauius eius saluti nocitura, ob vigilias magnum detrimentum capiti inferendum, propter pauperum elemosynas in egestatè deueniendum, ac tandem propter iniuriarum condonationem honorem amittendum; quæ omnia adeò aliena sunt ab illa leonina immanitate, quam illis inesse falsò sibi luadent, vt sicut olim Samson in ore leonis mellis fauim inuenit, quotquot illa exercet, velut in cælestibus apum alucariis dulcissimos diuinæ consolationis fauos repertant; qui verò ab illis exercendis se abstinere, illud sibi graue detrimentum inferunt, quod dum confictos à se leones timuerunt, & ab eis imprudenter fugerunt, in immanissimi illius veri leonis manus incidunt, qui tanquam leo rugiens circum, quærens quem deuoret, vt D. Petrus monet. Fictionem hanc probè agnoscebat D. Bernardus, cum hæc præclara dixit: Sub lingua eius mel, & lac, qui (iuxta prophetiam) laborem fingit in præcepto. Piè pronidis Deus, vt haberet pietas eius laetitiam promissionem vitæ, quæ nunc est, & futura, nec laborem verum imponeret, sed magis fingere in præcepto. Audi quomodo laborem fingere, ipse sibi probat: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Quomodo non fictus labor vbi non labor, sed requies inuenitur? Ita ergo labor in len-

lingua, mel sub lingua. Quid supra linguam  
 ineffabilia, quae non licet homini loqui. Mife-  
 ri, qui solum, quod in lingua sonuit, attenden-  
 tes, nec quod sub lingua reconditum, nec quod  
 supra repositum fuit, capere potuerunt. Durus  
 est sermo (inquies) tollere Crucem, odiste pa-  
 trem, & matrem, adhuc autem, & animam  
 suam. Quid durius poterat dici? Noli errare:  
 lepro videtur, panis est; durus in cortice; sed  
 suavissimus in medulla. Quia tamen per-  
 fectio charitatis postulat, ut non solum  
 divina praecepta impleantur, sed diligen-  
 ter, promptè, & cum festinatione id præ-  
 stemus, sapienter. D. Ambrosius id nos  
 admonens dixit: Non satis est rectè facere,  
 nisi etiam maturare, quod facias: vberiores  
 fructus habet celerata deorsio. Hinc est,  
 quod David non contentus in via man-  
 datorum Dei deambulare: Beati, qui am-  
 bulant in lege tua Domine: nec etiam in ea-  
 dem currete: viam mandatorum tuorum cu-  
 rrenti, cum dilatastis cor meum: columbinas  
 peninas ad volandum instanter postula-  
 bat: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, &  
 volabo? Verum, & velocius adhuc om-  
 nibus volucris vidit iustos Propheta  
 Ezechiel, cum ostensa illi fuere animalia,  
 quae ibant & reuertebantur in similitudinem  
 fulguris coruscantis: fulgure enim nihil ve-  
 locius in his rebus sublunariis inueniri  
 potest, quo Spiritus sanctus apertissime  
 indicauit, diuinorum praeceptorum ob-  
 seruantiã (ceteris partibus) tantò sibi  
 fore gratiorem, quanto diligentiorẽ, &  
 velociorem. Hinc vidimus partem Abra-  
 ham diuinorum praeceptorum obseruan-  
 tissimum custodem, celerem valde fuisse  
 in eorum executione. Apparuerunt ei  
 tres viri, & hospitio ab eo recipiuntur;  
 quos cum vidisset, continuò absque vlla  
 interposita morã cucurrit ad illos, & non  
 solum cucurrit, sed vt ait D. Chrystosto-  
 mus: Currit, & volat Abraham, vidit enim  
 prædam, quam venabatur, non vocauit famu-  
 los, quasi diceret: magna negotiatio est, mag-  
 nis thesauris: per memetipsum hanc mercem  
 inferre debeo. Postquam autem Abraham  
 ad illos hospitio excipendos festinaue-

rat, diligenter ad eò se gessit in parandis  
 cibis ad eorum prantium, vt faceret textus  
 dicat: Festinauit Abraham in tabernaculum  
 ad Sarã, dixitque accelera tria sacra simila,  
 & commisce, & fac subtrinitos panes: ipse ve-  
 ro ad armentum cucurrit, & tulit inde vitu-  
 lum tenerrimum, & optimum, deditque pue-  
 ro, qui festinauit, & coxit illum. Hanc mi-  
 ram, ac inauditam magni patris Abrahæ  
 diligentiam admirans Origenes ait: Abra-  
 hamus currit, vxor festinat, puer accelera,  
 nullus piger est in domo sapientis. Ipse etiam  
 Abraham (vt sacra Gen. tradidit historia)  
 iustus filium suum in holocaustum offer-  
 re, nec per viam distulit, sed exurgens no-  
 cte strauit a sinam suã, & adhibuit secum  
 duos seruos, & Isaac vnigenitum, & præ-  
 cidens ligna ad holocaustum abiit, & ve-  
 nit ad locum, quem dixerat ei Dominus.  
 quiddam etiam simile in hac celeritate  
 reperio apud Tobiam cap. 2. ait enim sa-  
 cer textus: Vidit vnus ex filiis Israel ingu-  
 latum iacere in platea, statimque exiliens à  
 cubitu suo relinquens prandium ieiunus per-  
 uenit ad corpus, tollensque illud portauit ad  
 domum suam: ecce Tobie diligentiam in  
 sepeliendis mortuis, qui non est cuncta-  
 tus, sed audito nuncio continuò de accu-  
 bitu suo ad quærendum cadauer, veluti  
 ad inueniendum thesaurum exiit: sunt  
 enim opera misericordie instar thesauri,  
 quem, qui illa exercent, postquam ex hac  
 vita emigauerint, certissime reperient,  
 Salomone dicente per Eccles. 11. Mitte pa-  
 nem tuum super transeuntes aquas; quia post  
 tempora multa inuenies illum: super quæ  
 verba magnus pater Hieronymus ait: ad  
 eleemosynam cohortatur Ecclesiastes; quomo-  
 do enim, qui super irrigua seminat, fructus se-  
 mentis expectat, ita qui largitur egenis non  
 granum seminis, sed ipsum panem ferit, sanore  
 quodam multiplicationem ipsius prestolans,  
 & cum dies iudicij aduenerit, multo amplius,  
 quam dederat, recepturus. Hebraicè legitur:  
 mitte panem tuum super faciem aquarum: id  
 est, super faciem terræ aquis irrigatam:  
 feracissima terra est miserorum, & cala-  
 mitosorum hominum facies, aquis, hoc

Orig. hom.  
4 in Gen.

Gen. 22.

Tob. 2.

Eccles. 11.



verò, & latius aperiri. haftenus D. Bernardus.

Sed aliter iam tam secundum litteralem, quam mysticum sensum, hanc Mariam in domum Zachariae festinationem edisseramus. Festinabat quidem beata Virgo, sed accelerato suo progressu, minime ut leues foeminae assolent, modestiae terminos nunquam transibat; semper qualis mente, talis incessu fuit. vidistis aliquando naues armamentis, linteis, & aliis rebus ornatas, secundo vento, celeri volatu maris aequora secantes, nihil illis velocius: stare tamen, nec se loco mouere videntur: talis nunc caelorum Regina incedebat: talis ingressa in Cariatharbe, sed id mirabile est, quod cum alioquin duobus praecipue temporibus grauidis mulieribus motus, quibus festinus interdicatur à medicis, ut Albertus magnus obseruauit, primus in conceptionis initio, cum foetus molis onere facile dissolui possit, & in fine post sextum, aut quintum mensem, ne abortus contingat; nihilofecius tamen B. Virgo paucissimis diebus post Christi conceptionem in utero eius, non dubitat festino progressu incedere: *Abiit in montana cum festinatione* quod non obscure mihi indicat, non virili opera prolem suscepisse, sed Spiritu sancto illam obumbrante; inde enim erat, ut nullum immineret periculum, ut propter festinum motum recens conceptus fetus quantumuis mollis dissolueretur, aut in abortum iret. deinde quamuis alioquin grauida Virgo, properabat tamen iter quia qui mouebat illam, tarda molimina nesciebat. Si enim sacra illa Ezechielis animalia, ita à diuino spiritu agebantur, ut sacer textus dicat: *Vbi erat impetus spiritus, illae gradiebantur*: quanto magis credendum est beatam Virginem, in qua plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitabat, non ab alio, quam à Spiritu sancto ad festinum illum progressum moueri? Rursus, quod alias praegnantem foeminas ad festinandum impedire solet, pondus est proliis, quam gestant; id tamen beatam

Virginem, neque in professione Elisabeth, quia tunc proles erat paruissimae quantitatis (ait enim Aristot. 7. Hist. animal. foetum in principio suae conceptionis esse instar formicae: Macrobius vero lib. 21. c. 3. instar apis) nec in reditu in domum suam, nec in itinere ad Bethlechem quidquam retardauit; nam (ut supra dixi ex sententia Diui Bernardi) sicut fuit sine corruptione foecunda, & sine dolore puerpera, ita & sine grauiamine grauida, quod sane mihi non est difficile creditum, tum quia si in statu innocentiae grauidae foeminae nihil molestiae sentirent, cur id priuilegium putabo negatum Mariae? tum quia si amor grauiam reddit leuia, iuxta illud, quod de iacob sacra narrat historia: *Videbantur ei pauci anni praeter amoris magnitudine*: consequens est Mariae ardentissimum ob amorem erga Christum pondus corporis eius leuissimum visum fuisse; tum quia si (ut Philosophi docent cum Aristot.) elementa in propriis locis non grauiant, certe cum Christum Dominum, ita quiesceret tanquam in proprio, ac conaturali loco in utero Virgineo, iuxta illud: *Qui credidit me, requieuit in tabernaculo meo*: consequens erat, ut instar elementi in proprio loco non grauitaret, licet alioquin ponderosum esset, ut potè partim ex ponderosis elementis terra, & aqua compactum. quare tantum abest, ut diuina, & humana illa proles, quam Virgo conceperat, grauis & molesta illi esset ad eam portandam, ut potius instar alarum aui, rotarum currui, vela nauis, ei ad festinandum prodesse: eo vel maxime, quod cum beata Virgo in utero portaret eum, qui portat omnia verbo virtutis suae (ut ait Apostolus) ab ipso etiam ipsa portabatur; vnde sicut nauis à nauclero, quem ipsa ducit ducitur, ita beata Virgo à nauclero Christo, quem ipsa ducebat, ducebatur. & forsitan Isaias cum dixit: *Ascendet Dominus super nubem leuem*: propterea vocauit leuem, quia caelestis pluuia, quam intus ferebat, nihil eam grauabat.

Aaaa z Ratio

Arist. 7. Hist. animal. foetum.

D. Bern. sup. fig. mag. ap.

Gen. 29.

Aristot.

Eccles. 24.

Heb. 1.

Isaie 19.

Rationem autem, quare in hoc itinere Virgo, quæ alioquin lento passu incedere solebat festinare voluit, assignat Divus Ambrosius, ne scilicet extra clausuram, cuius obseruantissima erat, nimium moraretur. verba D. Ambrosij hæc sunt: *Discite igitur & vos mulieres non per alienas domos circumcurfare, non in plateis morari, non aliquas in publico miscere sermones; Maria in domo sera, festina in publico, mansit apud cognatam mensibus tribus: quare cum Evangelista ait. beatam Virginem abiisse cum festinatione, prudenter occurrit illorum calumniæ, qui beatam Virginem hoc iter dedecere putarent; si quis enim oblatraret, Virginum esse domi se continere, (Dynam enim violatam fuisse, quod ad publica gentium spectacula conuenisset; Berfabeam in publico se lauante, Dauidi adulterij occasionem præbuisse; Paulum quoque mulieres domui suæ, non publicis negociis dominari, & alibi, domus suæ debere esse custodes, sacra veteris, & noui Testamenti eloquia commemorant) idcirco, et huic obiectioni occurrat facer Evangelista ait, Virginem festinasse: *Abiit cum festinatione, ne scilicet diu maneret in publico.**

D. Ambr. l. 2. in Luc.

Luc. 1.

Orig. c. 4. tom. 2.

Ex quo beatæ Virginis exemplo non possum, non an famulum, ut feminis, & maxime Virginibus, ea hoc loco proponam, quæ sancti Patres edixere, ut docerent, quantum illas oporteat ad virginitatis custodiam à prophanis spectaculis se abstinere, in publicum, ubi videant, & videantur, non prodire, & à familiaritate virorum confortio, etiam si sanctitate conspicui sint, se penitus abstinere. Origenes in primis in hunc modum loquitur lib. Constitutionum Monasticarum: *Oportet non solum cogitationes turpes moderari, sed etiam à rerum conuersatione, quantum eius fieri potest, discedere; maxime earum, quæ accedentes nos, & ad affectuam recordationem ducentes, rationem turbant, ac confundunt, & bella, ac anxietates animæ inducunt. Nam bellum quidem inuitis nobis*

accidit, sufferre fortassis necessariam fuerit, verum vitronem sibi ipsis accersere absumissimum existit. In priore enim etiam, qui superetur, forte veniam assequetur) abiit autem hoc à Christi abiectione, in hoc vero si quis capiatur supra hoc, quod id maxime ridiculum est, etiam veniam difficile consequetur. Oportet igitur etiam mulierum conuersationes, & congressus, quàm maxime fugere, nisi aliqua inueniabilis necessitas ad congressum cogat, quæ si etiam contingat, velut ab igne cauere conuenit, ita vi celeres, ac repentinos discessus faciamus. Diuus Hieronymus in epistola 47. sic ait: *Quid tibi necesse est in ea versari domo, in qua necesse habes quotidie, aut perire, aut vincere? Quis unquam mortalium iuxta viperam securos somnos capis? quæ est non perueniat, certe sollicita. Securus est perire non posse, quàm iuxta periculum non perisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio: Ibi gaudemus, hic exadimus. & intra: Audio te suburbana rura, villarum amenitates cum affinitibus atque cognatis, atque istiusmodi generis hominibus circumire, nec dubito quin vel consobrina, vel soror sit, in quarum solistium noui generis ducaris affecta. Abiit quippe, ut quâuis proximi sint, & cognati, virorum te suspicer optare consortia. Si sola ieris, utique inter seruos adolescentes, inter maritatas feminas, inter lasciuas puellas, comatque iuuenes gradieris. Dabit tibi barbaculus quilibet manum, sustentabit lassam, & pressis digitis, aut tentabitur, aut tentabit. & paulo inferius ait: Tribus Leui seorsum, & uxores eorum seorsum, ut vitanda intelligas faminarum consortia. Nam femina masculi corpus contingens, & vice versa, etiam si anima ipsorum per cognationes non procefferint ad complexum, tamen inter se mutuo latenter irritantur. Et sicut stupa, ubi stupam contigit, & splendidus ignis purum ignem non sumum edidit, at stupa, ubi ignem olfecit, statim accenditur, & non opus est multa opera, neque aliquo extrinsecus iussante, ut ignis à stupa eluceat, sed solum admodum, statim habet apparentes flammam, sic femina masculi corpus contingens, non opus habet multo labore, neque amore,*

E. Hieron.

D. Ch. de co

P. 6.

D. Basilium.

D. Chry. ser.  
de con.

amore, ad coitum mixturam inspirante, sed  
cum naturalem habeant inter se amorem, si-  
mul vi contingit, statim habet latenter in-  
censam voluptatis simillam. Quapropter in-  
quit, ligabit quis ignem in sinu, vestimenta  
autem non comburent: aut ambulabit quis su-  
per prunas ignis, & pedes suos non comburent  
sic nos sine domino discedet omnis, qui attingit  
maiores. D. Basilium lib. de vera virgini-  
tate ad Lectorem Melitensem Episcopum  
to. 2. Oportet virginem aspectus, vocisq; blan-  
ditias, vi pessifere, ac perditae voluptatis ille-  
citae a sensibus suis quam longissime arcere,  
& autem quidem intus castissime cogitatione,  
oculos vero cautissima auersione munire. Ob-  
stinendus est igitur primis per sensus satelli-  
ti carnis ingressus, sensusque ipsi, vi ianuae, ac  
fenestras cordis, seris, ac vectibus undique fir-  
mandi, atque muniendi, ne per aliquem illo-  
rum verius ascendens, mortem, quae contu-  
bernalis eius est, secum vna introducat. Non  
itaque conuenit ei, qui peccata concubitus su-  
perare proponit, huiusmodi periculis im-  
plicari lapsibus. & infra. Quia blandimen-  
tum cupidinae voluptatis est semina, & ma-  
sculo lasciuioribus oculis ad se incipientem  
illecebram naturaliter suggerit, ac liquidore  
vace ad oblectamentum auris, organi instar  
effusa est, membrorumque insinuat mollit-  
ie, ac toto prorsus corporis habitu, & motu,  
ad seductionem formata voluptatis (non mo-  
do enim loquens mulier, & inueniens, veram  
sedens quoque, & incedens ob instam sibi  
naturaliter aduersus masculum vim, hunc ad  
se eminus attrahit, non secus ac magnes lapis  
ferreum) idcirco summa ope contendat virgo  
necessi est, ne vllis voluptatis laqueis irre-  
tatur. Vnde non passim, licenterque pro-  
cedet, nisi necessitate aliqua cogatur, non alio-  
rum se demibus ingeret, sed domi clausa ma-  
nebit, & intra annos adolescentiae posita, ad  
Ecclesiam tantum, ne tunc quidem sola, &  
incomitata procedet. Diuus autem Chry-  
sostomus in sermone de continentia S.  
Ioseph, tam viris, quam sceminis ad i-  
dem suadendum illusterrimum Patriar-  
cha Iosephi exemplum, in haec verba ob-  
oculos ponit. Ille erat diligens, & perpe-

tum continentiae custos, cum posset reginae ipsi  
imperare, & in delicijs atque luxu diuitem,  
& voluptuarium agere: verum voluptati-  
bus timorem Christi, vi frantum quoddam in-  
iecit, diuitias autem, & delicias, ac promissio-  
nes domine derisit, miseriam in carcere aud-  
ciores censens praeclearis domicilijs. Tamen  
his, qui excellenter formosi sunt, difficile est  
imperare voluptati, hic autem tantum speci-  
men exhibuit continentiae, vi pulchritudine  
animae pulchritudinem corporis occultaret.  
Nos autem decet admirari non solum adole-  
scentis continentiam, sed & pericula, quae pro  
illa sustinuit, qui morte grauius, ac terribi-  
lius iudicauit seruire voluptatibus, in tanto-  
rum talium impiorum corona, videns domi-  
nam intemperantem iacere, caelestium the-  
saurorum proditor non est factus, sed spiritus  
templum indepradabile custodiuit, malens e-  
mori, quam seruire voluptatibus. Non audie-  
rat Paulum dicentem, nostra corpora mem-  
bra Christi esse, & priusquam audiret vocem  
diuinam, non minor apparuit his, qui caelesti-  
bus promissionibus honorati sunt. Quantum  
vos conuenit, cum timore, & tremore viuere  
in continentia, vi non appareatis indigni hono-  
re, & ne membra Christi fiant membra scor-  
ti? Hoc verbum potest omnem animam con-  
tinentiam munire, hoc verbum ardentem concu-  
piscientiam facile restinguit, neque imber in  
ignem cadens, ita facile flammam deprimat,  
vi malas concupiscencias marcescere facit  
sermo ille in animam admissus. Eisdem ser-  
mones nobis loqui, & magnum Iob potest, qui  
non solum diligens continentiae fuit exercita-  
tor, sed & legem oculis suis posuit, ne in vir-  
ginis viderent faciem, ne forte memem il-  
lius irradians raperet pulchritudo. Quamuis  
quis non admiraretur, & obstupesceret vi-  
dens virum hunc cum Diabolo quidem virili-  
ter certare, & omnes maligni machinas vin-  
cere, virginis autem faciem fugere, & a for-  
mosae puellae aspectu oculos subducere? Dia-  
bolum quidem videns accedentem non fugit,  
sed mansit, sicut leo viribus fidens, virgine au-  
tem visa non stetit, neque moratus in con-  
tinenda pulchritudine, sed statim secessit. Cen-  
sebat nimirum in praetio contra demones vi-  
rili,

rili, & audaci animo opus, in continentie autem preparatione victoriam concedi, non ex virginum consuetudine, sed secessu hæc ille. Non solum autem fugiendum esse aspectum pulchri vultus humani, sed inanimatæ imaginis ad lasciviam provocantis, his verbis docuit D. Chrysostomus sermone contra concubinos.

D. Chryf. ser. can. cōcub.

Audimus autem, & hoc nostro seculo, quod nonnulli ferro totum corpus obligantes, & sacco vestientes, & ad vertices montium currentes, ac continuis vigilijs, ac inedia summa viuentes, & omnem discipline seueritatem ostendentes, ab omnibus mulieribus segregati, ascendere in domunculam, & iugurium, ut hac ratione seipos castigantes concupiscentie furorem comprimant. At tu dicis, quod licet videas cohabitantem virgini, & alligatam, & deliriantem, & animam potius amittentem, quam cohabitatricem, paratamque omnia, & facere & pati potius quam separari à dilecta, ne suscipias aliquid mali, ne putes concupiscentie negotium, sed pietatis potius. Admirande vir, is affectus est his, qui lapidibus cohabitant, non hominibus: & tu quidem forte non credis ob magnam tuam continentiam. Ego autem audiri multos dicentes, quod etiam multi apud lapides, & statuas aliquid possi sunt; quod si tantum valuit dura effigies, quantum operabitur insantiam in effigie pulchra tenerum corpus? Quod si quid difficultatis habet diuelli à consuetudine longa, illud nobis persuadeamus, vel si principium solum imponamus operi, non ultra visuros nos difficultatem, sic aduersus consuetudinem præualebis. Nam si decem dies te abstraxeris, facile feres viginti, & iterum bis tantos, deindeque via progrediens neque senties difficultatem, quam habuisti initio, videbisque facillimum factu, quod tot agones prius exposcebat, & in aliam te mutabis consuetudinem, viuesque libere, & incande. Quid enim fuerit suauis, quam perpetuum concupiscentie bellum dirimere, & multa facilitate bonam continentie coronam pletere, & liberis oculis in cælum respicere? Nullus catenis, pondere, & alijs carcerum incommodis exemptus, immò nullus, qui cæcus

erat, apertis oculis, & visa hæc dulci luce, se exultat, ut cum ab hac seruitute liberari contigit. hæc tenus ille.

Nec tamen prætextu sanctitatis scemina cum viris, aut viri cum foeminis familiaritatem ineanat, D. Hieronymus in regula Monachatum ad Paulam, & Eustochium, hæc maxime obseruanda virginibus reliquit. Non nimium sit stricta familiaritas, non suspecta colloquia, & si spiritalis pater, quamuis Episcopus, sanctus sit, tamen homo est, debile animal, tam cito perditur, nisi fortiter custodiatur, quod carum habetur, & vile: in sancto commercio Diabolus minime quidquam inueniat, ne vide regimen, vide ducatur, inde sentiat interitum? Omnes equaliter pertractentur, nulla carnalis, sed spiritalis dilectio interueniat, nec stricta sit nimium; principium enim spiritalis operis, si non sit matura prouiso, solet sublequi quoddam carnale. Verè non taceam (ut in pluribus solet contingere) conditionis muliebris infelicem miseriam, sub feruore spiritus, sub charitate nimium stricta, nisi custodia grauitatis ori ponatur, ut nemo delinquat in lingua; si vitatur loquendi, viuendique copia, statim libido, actu turpissimum, dictu infelicissimum, de spiritu & charitate nascitur. Propterea, charissime, hoc horror, hoc mando vobis, ut quæ Christo desponsatæ estis coniugio, cui nomen castitatis vestrae fidem rouisistis, cui nullum præter ipsum amatorem cognoscere sub iureiurando estis pollicitæ, viri cuiuscumque, etiam si eum sanctitas exornet, etiam si Baptiste æquaretur meritis, queratis fugere faciem, nec liceat secum dilectione feruenti astringi per diem. Idem D. Hieronymus cap. 20 Vir cuiusque conditionis ex-

D. Hieron. regul. mon.

D. Hier. di.

Gen. 34

strai-

fruiatur corporis propriis singulis motibus, quod victoria non speratur in hoc certamine, nisi ex fuga. Nemo ex fortitudine audeat resistere viribus, quoniam nisi fugiat cito, succumbet. In communi etenim vita, nec verbum sit proprium; secreta verba non carent suspitione, ideoque precipio, ut nulla soror alicui exteriorum sine plurium sanctarum fororum, & Abbatissa, seu alterius preposita domus possit presertim loqui audeat, his dumtaxat exceptis quae sacerdoti in confessione dicuntur. Solent profecto talia verba feminis multa proferre. Inter vos de viro nequaquam, si fieri potest, habeatur mentio; ultra quam creditur, exultat Diabolus, ut in corde Virgineo virorum memoria vigeat. Nullum venenum nocivius femina quam affectio erga virum, quaecumque de causa procedat. Sanctior mulier ultra, quam dici liceat, si viro adherere, quantumcumque spiritualis, instinctu naturali inclinatur tandem ad nefas, si in viro virus deficiat. Etiam argumenta sunt Diaboli, & mortis aeternae indicia; filiationes, & maternitates, quibus vocabulis sub velamine spiritus inter se vivunt; mares, & feminae. Muncula omnia, & suspectas literas, haec cuncta luxuria nuntia, vobis interdicto sub anathemate, & aeternae mortis pena. Adhibeatur summa diligentia, ut extra canonij limites litera qualiscumque non exeat, nisi Abbatissa & fororum accesserint roga, & si opus est, & gratias ita rei exigat, ad sit Episcopalis licentia, aut sacerdotis consilium; gravissime poene subiacet, quaecumque huius reperta fuerit rea. Idem etiam, cum venisset in suspicionem Romanis, quod Paulam adamaret, & huiusmodi obrectatoribus responderet, inquit: Multa me virginum crebro turba circumdedit: Divinos libros, ut potui, nonnullis saepe disserui lectio assiduitatem, assiduas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid umquam in me aliter senserint, quam Christianum decebat? Pecuniam cuiusque accepi? Munera, vel parva, vel magna non spreui? obliquus sermo, oculum perculans fuit? Nihil mihi aliud obijciunt, nisi sexum meum, & paulo post, Aue-

quum domum sanctae Paulae nossem, totius in me Urbis studia consonabant, omnium pend iudicio dignus summo sacerdotio decernebar. Dicebar sanctus, humilis, & disertus. Numquid domum alicuius alicuius ingressus sum? Numquid me vestes sericeae, nitentes gemmae, picta facies aut irapit ambitio? Nulla fuit alicuius Komae matronarum, quae meam posset edomare mentem, nisi lugens, atque icilianus, squallens sordibus, fetibus pend cecata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem sol saepe deprehendit. Nulla me potuit delectare nisi illa, quam manducantem nunquam vidi. Sed postquam eam pro sua meriti castitatis venerari, colere, suspicere cepi, omnes me illico deserere virtutes. haec enim Divus Hieronymus. Ex quibus ultimis verbis apertissimè constat, quam viri, & foeminae conviciis periculosus sit, etiam si magna sanctitate polleant.

Ex quibus omnibus non obscure colligo, quod si Patres adeo Virginibus cavendum monent aspectum, loquelam, & quamlibet aliam cum vitis communicationem, aperte relinquunt, diligentius eorum tactum illis esse fugiendum, ut his verbis eleganter dixit D. Basilus de vera Virginitate ad Lectorem Melitensem Episcopum tom. 2. Sicut cum ignem tangimus, ignis indicia per impressas nobis adu-  
D. Basilus.  
 siones excipimus, impossibileq; est eum, qui ignem tetigerit manu, illam illam ab eius incensura operatione servare; ceterum, aut bulla repente tactam consecrate turgescunt, ac dolorosa perferunt, & inflammatione vlcera mox rumpenda minantur, aut in quoque facta in manu acris videntur vlcera: ita possibile non est eum, quod ignis amor atigerit, eiusmodi tactum innocuum, inaniolatamq; praefere, sed aut simili ratione bulla per tactum manus cordi clam subrepunt, atque intumescent, dirasque amoris perturbationes feruentibus, & estuantibus, inconstituentissimisque agitationibus pariunt, ac peccati vlcera continuo rumpendo minantur, aut animum totum in intus iam graviter exaceratum indicant. Ignis enim ardens est in omnibus membris, in quem verò supervenit, eum à radicibus perdidit. Itaque quoniam in mem-

membris omnibus hic ignis ardet, hic, qui corpus adustione liberum seruare instituit, membrorum omnium contactus caute vitandus est, ne ardentem ignis operationem in toto corpore atque in anima ipsa suscipiant. Sicut lapis in aquam cisternae coniectus, non solum adiacentem aquae partem, in quam cecidit, agitatur, verum orbis alios post alios perpetuis vicibus excitans, eos interdum ad ultimos lacunae margines agitando perducit, ita lascivus obitutus, vel sermo, voluptatis delinitus illecebris, in virginis animam, velut in vndam purissimam, vehementer intellectus, alias post alias, quasi in profundo, cogitationes amatorias excitat, ipsamque totam eius, qui fecit imaginem, sanctam fluctibus agitatur. Nos igitur, qui ad imaginem Creatoris nostri creati sumus, eius puritatem imitati conemur, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA VI.

Vocem Deiparae Mariae, Elisabetham salutantis, instrumentum fuisse divinae virtutis ad sanctificandum Ioannem, & donum prophetiae illi conferendum, nec non Elisabetham, & Zachariam multis bonis replendos, ex Patrum doctrina commonstramus in illa verba: Intrauit in domum Zachariae, & salutavit Elisabeth, & factum est, ut audiuit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius, &c.

Luce 1.

Antes Cellius li. 4. no. 1. at.



VL. GELLIVS dixit: Admiratio, quae maxima est, non parit verba, sed silentium: sanè in hoc Evangelio cum permulta prodigia in vnum coeant, vehementer aded animùm in admirationem rapiunt, ut instar extasis cu-

iusdam verba promere non sinant. Adest Deus & homo, adest mater, & Virgo, adest fides divina, & cor humanum, adest sterilis Elisabeth grauida, adest Ioannes, ante sanctus, quia natus, simul infans, & adultus, & (ut ait D. August.) prius tangens caelum, quam terram. Inter haec tamen mirabilia, quatuor precipue reperio similia illis, quae sapientis salomoni ardua valde, ac difficilia visa fuere; primùm fuit via Aquilae in caelum; ecce Maria, quae instar regiae aquilae velocissimè volâtis: Exurgens abiit in montana cum festinatione, ut praedica faceret omnium nobilissimam, hoc est, ut Ioannem (de quo Christus dixit: inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista) ab vnguibz daemonis liberaret. Secundùm mirabile fuit. Via serpentis super terram: ecce veterana Elisabeth, prudentissimam serpentem, quae per duram, ac sicca fertilitatis petram petransiens, & quasi antiquam infecunditatis pellè exuens, mira iuuenescit fecunditate diuinitus ei indita: Tertium valde mirandum erat. Via nauis in medio mari; ecce infantè Ioannem, velut nauiculam in medio inundatis maris originalis peccati procellosis fluctibus agitatam, à quibus tamen maris stella (sic sonat Maria) tamquam instrumentum diuinæ omnipotentiae, illi liberauit. Quartum tandem mirabile aded, ac perditissimè erat, ut Salomon diceret: Et quare penitus ignoro, viam viri in adolescentula: ecce iter & viam Christi Domini, in adolescentula Maria, velut in velocissimo curru ad Zachariae domum pergentis, ut velut sol irradians tenebrosam Ioannis mentem illustraret, & in sterili illa terra peccati originalis maledictione facta pretiosissimum gratiae iustificantis aurum, inestimabilesque virtutum margaritas procrearet. Est namque obseruatione dignum, quod Christus Dominus non aliter diuina charismata Ioanni & matri eius conferre voluit, quàm media Virginis salutatione, ut apertis verbis edixit Elisabeth: Ut facta est vox saluationis: tuae in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. vade

D. August.

de nat. dop.

D. Chry.

de res.

per c. 2.

Matth. 11.

Luce 1.

Luce 1.